

# OBELERIUS ANTENOREUS<sup>11</sup>

## D U X VIII.

*Creatus Anno 804. abiit Anno 809.*

### VETVS INSCRIPTIO.

*Fratris ob invidiam Rex Pipinus in Rivoaltum: venit defendi  
patriam sibi gratificatus.*

VIII



X Matamauco Thronum per tyrranidem occupat  
Obelerius Antenoreus; conciliatoque favore popu-  
li, cum aliquandiu Reipublicæ præfuisset, *Beatum si-*  
*bi collegam adscivit & Valentinum fratres. Exacti Gal-*  
*baii Duces Nicephorum adiere Græcum Imperato-*  
*rem, ut ejus ope patriam repeterent contra Obelerium, Venetiis*  
*sedentem, qui ut clavum clavo refrigeret, accitis Pipini Italiae Regis*  
*phalangibus in Græcos rebellium auxiliares, Veneto renitente*  
*populo, (qui Græca fædera sanctè observanda clamabat) adve-*  
*nientium Gallorum in castra secessit, tumultum timens popula-*  
*rem, designataque hostibus semita, Mathamaucum, Albiolam,*  
*Glodiam Regi exposuit irruenti, qui fulminis instar, oppidis istis*

B expu.